

1561 24 Augusti

Ex originali MS Han Aug Regis

857

Ad Ludovicum Montium

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex
Poloniae, Magnus dux Litvaniae, Russiae, Prussiae,
Masoviae, Samogitiae & dominus et haeres. D

278

Generose fidelis dilecte. In omnibus rebus negociisque
gerendis, ita semper f. tuae veritate esse agnoscimus,
ut studium observantiam in illius erga nos non obse-
re perspiceremus, intelligeremusque magno satis nobis
usui operam et industriam ipsius extitisse. Ac in praes-
entia quoque in iudicandis et persequendis istius nostro
nomine Burgensaticis bonis ex hereditate serenissi-
ma olim domina parentis nostra ad nos pertinentibus
eandem f. tuae erga nos fidem, diligentiam, indu-
striam & agnoscimus, et gratam comprimis habemus,
libenterque omnem occasionem complexuri sumus, qua
nostram erga fidelitatem tuam gratiam hoc nomine de-
clarare possimus. Quod autem fidelitatis tuae ad nos
scribit de magnis sumptibus ab se in negocia nostra
factis, & si ex rationibus expensodum quas Franciscus
Krupka cum venerabili Petro Miskowski decano Cracov-
iensi contulit, appareat aliquanto maiores sumptus
quam oportuerat nonnullis in debus factos esse, tamen
cum nollemus accidere ut non modo Fidelitas tua curis
et fidelem et utilem operam nostris in negociis expedi-
sumus, sed ne quidem alius quisquam ex obsequiis nobis
navatis detrimentum se cepisse quei posset, mandavimus
venerabili Adamo Konarski praeposito Posnaniensi
et apud sedem Apostolicam oratori nostro, ut ex ea
pecunia, quam de Burgensaticis nostris conficiet,

*fidel. tua id quod illi debent constiterit praestet. Quod
fidelitas tua de Francisco Krupka, atq; de Zaloga
parum liberaliter hic habitis queritur, id cuius modi
sit ignoramus, et enim a nobis benigne habitos
scimus, ab aliis autem si quid profectum adversus
eos est, quo se offensos existiment, id cognitum nobis
non est, Datum Vindobae die quarta Augusti Anno
Domini M.D. LXX. Regni nostri XXXIIII*

Ad mandatum Sacrae regiae maiestatis proprium

Generoso Ludovico ellontio

Secretario nostro fideli dilecto.

Alcam Konarckima, arcbij nalenykosie hwoio, wyjsaid.